Sæpè premente Deo feri Deus alter opem. Mulciber in Trojam, pro Trojâ stabat Apollo : Æquæ Venus Teuceris, Pallas iniqua fuit. Oderat Æneam propriis Saturnia Turno ; Ille tamen Veneris nomine tutus erat. Sæpè ferax cantant petiti Neptunus Ulyssem ; Erripuit patrum sæpè Minerva suo.

Ex hæc igitur opinio Philistini aliquid sibi gravius metuebant à Judeorum Deo, quem tunc adesse putabant, cùm arcam emerent in castrorum medio, quasi in illâ non secus

(1) Reddi potest Hebræus : *Quis nos salvabit de manu Dei magnifici hujus ?* Ita etiam Chaldaeus et Arabes reddiderunt ; sed pluralem retinent Septuaginta, Vulgata et commentatorum plerique. Nomen *sublimis*, quod Deo Israelis additur in textu, elogium est, quo Philistini numina sua donare solebant. Appellabatur nomen ejus gentis *Atergatis*, quod nomen Inferius sub nomine *Dagonis* occurrit. Est autem *Atergatis* idem facili ac *Adir vel Ader-Dag*, piscis magnificus. (Calmet.)

atque in æde propriâ videretur inclusus. Conjectabant enim ex eo quod celebrari audierant, non solum Hebræorum, sed etiam aliorum narratione, deos suos, à quibus nihil viderant, aut acceperant egregium, non posse tunc cum Judeorum numine in certamen descendere, neque posse se illius robur sustinere, cui nationes alias succubuisse cogoverant. Sanè non videbantur ignorari Palastini Ægyptiorum deos malè à Judeorum Deo fuisse mulctatos, quia non longè aberant. Quòd verò in Ægyptiorum deos durè sævierit, legimus Numer cap. 33, v. 4 : *In diis eorum exercuerat ultionem. Quod facturum se Dominus dixerat, Exod. cap. 12, v. 12 : Et in cunctis diis Ægypti faciam judicia.* Docet autem Hieronymus in Epist. ad Fabiolam, in primâ mansione ex Hebræorum traditionibus, quo tempore egressi sunt Hebræi, corruisse templa sive terræ motu, sive fulminum ictu. Quod etiam refert Artapanus antiquus historicus apud Euseb. lib. 9 de Præpar. cap. ultimo.

Appellat autem non Deum sublimem, sed *sublimis deos*, ex eo communi genio errore, quæ singulos deos singulis attribuit ministeriis ; de quibus Augustinus latè lib. 4 de Civit. cap. 10 et 11. Cùm ergo audissent multa divinitus aut Hebræis, aut Hebræorum hostibus accidisse, quæ non ab uno Deo fieri posse cogitabant, ut quòd aperisset mare, quòd fulmina et fulgura vibrasset, quòd denique dimicasset ab ethere, cohibuisset solis cursum, è celo suavissimum ac certum præbuisset alimentum ; quæ omnia ab uno Deo patri posse non credebant, à multis facta sibi persuadebant. Atque ideò non unum, sed plures deos appellat ab operatione multiplici.

Ubi Vulgatus *sublimium*, hebraicè est *adirim*, quæ vox fortè significat et excellentem ; in quâ significatione sumpsum arbitror Deum à Philistinis, quasi illum deorum omnium fatebantur maximum maximeque potentem, Vulgatus aptè *sublimium*, reddidit, quia vox illa in quovis genere non vulgare aliquid significat, sed eximium, et quod supra res alias altius attollitur. Quòd si vim propriam hujus vocis consideres, *sublimis* à Philistinis Deus appellatur, quia multa è caelo contra Ægyptios, multa contra Madianitas jaculatus est. Ant quæ, cùm magna pars terræ Promissionis montosa esset, et aspera, Deus appellabatur montium, quasi in montibus tantum esset potens, non etiam in campestribus locis. Sic sanè illum existimabant Syri. Lib. 5 Reg. cap. 20, v. 23, cùm

dicerunt: *Dii montium sunt dii eorum, ideò au- peraverunt nos; sed melius est ut pugnemus contra eos in campis, et obtinebimus eos.* Ubi, sicut modò Philisthæi, deos appellant in plurali numero, et *sublimes*, quia deos montium arbitrantur. Quod fortassè item opinabantur Philisthæi, qui ipsi regionem habitabant campe- strem et planam, funiculum nempe maris, minùs sanè montosam quam quæ communiter ab Hebræis incolitur.

HI SUNT DII, QUI PERCUSSE RUNT ÆGYPTUM OMNI PLAGA IN DESERTO (1). Audierant Philisthæi multa Deum in deserto edidisse prodigia, au- diebant item Ægyptios à Deo plagâ confectos esse multiplici; cùmque ipsi et tardò essent ingenio, neque admodum essent de explo- randa veritate solliciti, multa hic cogitant et dicunt, quæ minùs cùm fide canonicè consen- tiunt. Sicut fecere alii, qui cùm res Hebræo- rum audierint, neque tamen accuratè illas explorârunt, multa scripserunt, quæ longè ab- erant à veritate, ut Justinus, Cornelius Tacitus, imò et Josephus non rarò. Quid ergo mirum, si in hæc antiquissimâ historiâ de Ægyptiorum plagis tam errâtir turpiter, ut illas in deserto contigisse crediderint? Sanè Achior Ammonitarum dux, cùm Judith, cap. 5, Hebræorum texisset historiâ, aliqua proposuit, quæ non omninò cum Scripturâ conveniunt. Neque Scriptura sacra illa probat quæ, ut illi dicunt, sed tantùm quæ dixerunt fideliter narrat. Vide in hæc sententiam plura ad caput 1 lib. 2 Reg.

Sed fortassè hic Philistinorum nullus error, quia de illâ magnâ plagâ loquuntur, quæ omni- nium fuit gravissima, quâ Ægyptiorum exercitus in vastâ Rubri maris voragine demersus est. Ex idiomate Hebræorum *omnis* cum epitasi pro magno ponitur Isaia, 14, v. 29: *Ne lateris, Philisthæe omnis tu*, id est, ne lateris tota, aut ne magno eleraris gaudio. Psal. 106: *Om- nem escam abominata est anima eorum*, id est, nobilissimam atque suavissimam, coeleste vi- delicet manna. Et Psal. 58: *Universa vanitas omnis homo vivens*, id est, mera, summa atque omnimoda vanitas. Neque alio fortassè sensu dicitur Eccles. 12, v. 15: *Deum time, et man- data ejus observa; hoc est enim omnis homo*, id est, qui hoc fecerit, optimus est, et omnium præstantissimus homo. Sic fortassè hoc loco

(1) Supplet alii conjunctionem et in hæc sententiam: *Hic est Deus qui percussit Ægyptum omni plagâ, et populum suum in deserto.* Sed temeraria planè est additio. (Calmet.)

omnis plaga nihil est aliud quam gravissima plaga.

VERS. 9. — ESTOTE VINI, PHILISTHIM, NE SERVATIIS HEBRÆIS. Videbatur Philisthæos viros robustos et audaces supponuisse, quòd signum edidissent ignobilis atque languentis animi, cùm iteratim illud muliebres *væ*, et de suis rebus actum esse crederent. Sed hic retractant voces illas femineas et lugubres, et jacentes animos ad viriles excitant cogitationes, et hisce verbis ad strenua virorum opera confirmant. Estote jam viri, ò Philisthæi, et muliebres ululatus, et hoc tantum dedecus procul abjicite; neque patiamini subire ab illis servile ju- gum, quorum antea cervicibus illud imposuistis. Hoc porrò usitatum est in omni ut opinor, linguâ, ut qui imbelles sunt et timidi, *mulier* appellentur. Quomodò ab Homero molles quidam Græci *ἄγασθαί*; dicuntur, non *ἄγασθαι*. Et dùm lib. 9 *Æneidos* mollietis et igna- via Trojanis exprobratur, *Phrygiæ* dicuntur, et non *Phryges*. Quare ne quid tale ab inimicis ut subsannante turbâ audiant Philisthæi, vi- ros olerè maluit strenuè dimicando, quam feminas, si ejulatu potius quam armis studeant eadem declinare (1).

VERS. 11. — ET ARCA DEI CAPTA EST (2); DUO (1) UNSQUISQUE IN TABERNACULUM SUUM. *וְכָל יִשְׂרָאֵל*, sive in domum suam; non rarò enim Scriptura utitur voce *tentorium* pro domo et ædibus. Nec res patitur, ut de tentoriis mili- taribus dictum accipiamus. (Calmet.)

ET CEDERENT DE ISRAEL TRIGINTA MILLIA PE- DITUM. Hebræi enim pedites pugnant, vix equites, eò quòd Deus Deuter. 17, eis si non usum, certè copiam equorum vetuisset, ne in eis, non in Deo spem victoriæ reponerent. Ex hæc communi toti millium strage patet, non solos Ileri filios sacerdotes, sed et populum, Deum offendisse neglectu templi, victimarum, oblationum aliisque sceleribus. Sacerdotes enim imitatur populus. Ita Abul.

(2) Cur permisit id Deus? Procop. duas dat causas. Prior est, ut doceret Hebræos rectè viventes Dei providentiâ confidere; peccantes verò neque arce, nec ipsi Deo fidere. *Legis transgressores*, ait auctor Mirab. S. Script. l. 2, c. 7 (extat tom. 5 S. August.), *neguissimam legi- sica arca tuetur; sed qua in eâ lex erat, arguit, ait Theod. Posterior, ut Philisthæi arcam capientes ejus vim et potestatem agnoscerent ex plagis ab eâ immissis, quas audierunt cap. seq., itaque Deum Hebræorum timentem et co- lerent. Tertiam causam adde, ut Deus casti- garet impietatem filiorum Heli, qui arcâ et altari ad suos rapinos et scelera abutabantur. Sic Deus postea terram sanctam capî à Chal- dæis, et postea à Romanis, ac denum à Tur- cis, ut ostenderet se non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegisse, 2 Machab. 5, 10; ita Theod. q. 1 in Daniel.*

quoque FILII HELI MORTUI SUNT (1). Hic libet afferre, quod non tam Philo, quam Pseudo- Philo, quicumque est ille (neque enim dignus est, aut cui habeatur fides, aut qui Philonis sibi nomen assumat). Hic igitur tradit tenuisse arcam Dei duos filios Heli, et Saülum filium Cis de tribu Benjamin, ex quibus duos inter- fecit Goliath Allophylus, qui postea in singulari certamine victus fuit à David; at Saül, cùm velox esset pedibus, clapsus est, et captam esse arcam, et filios occisos, et magnam acceptam esse cladem renuntiavit Heli. Hoc etiâ de Saül nuntio dicit hic Abulensis placuisse Hebræis; et addit ex illorum sententiâ, quam tamen non probat. *enpissus* ex arcâ tabulas legis, et ad sacerdotem retulisse. An hoc pos- terius, quòd nuntius fuerit Saül, verum sit, auctores ipsi viderint; quod autem per ætatem verum esse poterit, mihi dubium non est; existimo enim, cùm regnum iniiit Saül, fuisse propè sexagenarium; quare hoc tempore vige- simum jam annum attigerat. Sed de hæc re suo loco, id est, ad cap. 15, pluribus.

VERS. 12. — CURRENS AUTEM VIR DE BENJAMIN EX ACIE VENIT IN SILO SCISSA VESTE, ET CONSPERSUS PELVERE CAPTI. De hoc nuntio nihil habemus aliud quam esse ex tribu Benjamin; quod satis fuit Hebræorum magistris, ut refert Lyra, et Pseudo-Philoni, ut Saülum esse pu- taverit. Assumpsit tamen ille, quicumque fuit, lugentis habitum, sicut de more faciunt Ju- dæi, qui vestes lacerant, et caput cinere aut

Tropol. arca ab alienigenis capta indicabat testamentum Dei transcurum ad gentes, ait Eucher. et S. Greg. (Corn. à Lap.)

Nota: Magis puniti sunt Hebræi post adduc- tam in castra arcam, quàm ante adductam; nam ante, cæsa sunt dumtaxat quatuor millia, post adductam verò triginta millia, quæ scilicet oblatæ arce et templi à sacerdotibus et populo violati sectus, à Deo irato et jam in arcâ presente acerbis puniebantur, præsertim quia scelus hoc aliisque plura seriâ poenitentia non corrigebant. Alleg. significabatur plures Judæos à Deo damnandos fore post Christum, quam ante Christum; quia scilicet ipsi Christum spreverunt eumque occiderunt, et eo- rum posteri parentum Christididum defen- dentes in Christum credere nolunt. Ita Jeda. Sic acerbis à Deo puniuntur qui coram eo in templo peccant, quàm qui foris; sacra enim sacrilegos non tuentur, sed vindicant et casti- gant. (Corn. à Lap.)

(1) MORTUI SUNT OPENI ET PHINEES. Cum forte humeris impositam gestarent arcam federis, ejus sanctitatem licentia suâ et scelorum exemplo violaverant, divino consilio factum est, ut qui indignos sese præbuerant sacro mi- nisterio, in ipso ejus exercitio intericerentur. (Calmet.)

pulvere conspergunt, et clamans civitatem in- gressus narravit, quam ab hoste Palestino plagam accepisset Israel. Cùmque commu- nem omnium ordinem ejulatum accepisset Heli, qui sollicitus et de re totâ, sed præcipuè de arcâ, sedebat cæcus, et ipsâ penè senectute con- fectus, conversus ad locum, ubi futurum esse certamen existimabat, rogavit quid rerum fieret, et quid esset novi, et quæ res esset tam gravis, quæ clamores illos lugubres et ejulatus expressisset ab omnibus. Et cùm ad acerbum nuntium de filiorum cædis obdu- ruisset, ubi tamen arcam venisse didicit in hostium potestatem, corruit exanimis, et fractis ex illo casu cervicibus expiravit. An verò Heli cum corporali morte, mortem quoque subierit æternam, diximus in principio, in præfatione ad caput 1. Porrò in dolore lacerari vestes et pulvere, ac cinere deturpari caput, diximus probavimusque pluribus ad illud Ezech. cap. 27: *Superjacque pulverem capibus suis.* Et est accommodatum exemplum illud amirorum Job. cap. 2: *Exclamantes plo- raverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum.* Et illud Josue cap. 7. Cùm enim gravem populus plagam accepisset, tam Josue quàm seniores alii discidisse dicuntur vestimenta; et capibus suis imposuisse pul- verem. Utrumque ex gentium more in eodem eventu fecisse dicitur Latinus rex, Æneid. lib. 12:

It scissa veste Latinus,

*Conjugis attonitus fati urbisque ruinâ,
Cautiè immundo perfusum pulvere turpans.*

VERS. (1) 19. — INCURVAVIT SE, ET PEFF-

(1) VERS. 15. — HELI SEDERAT SUPER SELLAM, CONTRA VIAM SPECTANS. Codices quidam legunt, *expectans*, vel *auscultans*, pro *spectans*, quòd scilicet Heli, uti supra narratum est, lucis usurâ careret. Littera tamen ita accipi posset, tan- quàm si os haberet ad eam partem obversum, habitu hominis qui transientes spectat. Sed quem potissimum locum sedens tenebat? Ex vers. 18 discimus, sedisse illum *juxta ostium*, facillè tabernaculi, in eadem sellâ quam occu- pabat, cùm Anna mater Samuelis oratum venit ad templum. Septuaginta et Chaldæi legunt: *Ad ostium civitatis.* Sed narrationis series demonstrat, juvenem illum, qui triste de eventu belli nuntium deturbat, per mediam Silo transisse, antequàm perveniret ad Heli, qui in tabernaculo Domini habitabat. Solebat autem senex hic sacerdos agere ante fores tabernaculi, auditurus eos qui ad causas agendas venebant; et ipsum facillè ejus tribunal, sæpe nomine hic indicatur. Vox originalis, *שַׁעַר*, usurpato solet pro solio, vel regis sive iudicis tribunali. (Calmet.)

Héli était assis sur son siège et tourné vers le chemin : car son cœur tremblait de crainte pour l'arche de Dieu. Tout ce que l'Écriture marque dans Héli en ce chapitre témoigne une grande vertu, et on ne peut s'empêcher de déplorez qu'elle ait été terminée par cette mollesse criminelle à l'égard de ses enfants. Ce vieillard, sachant que l'arche de Dieu était dans le camp, ne peut mieux témoigner le respect qu'il avait pour elle, que par cette frayeur continuelle qu'il ne lui arrivât quelque chose. Il se tient sur le chemin, tourné vers elle, et dans une continuelle alarme. Il semble avoir oublié le péril où était tout le peuple, et où étaient ses propres enfants qu'il n'aimait sans doute que trop. L'arche de Dieu occupe toute sa pensée. Il n'est en peine que d'elle, il n'apprehende que pour elle. Dès les premières nouvelles qui arrivent de l'armée, il entend la défaite du peuple et la mort même de ses deux fils, sans qu'il donne aucune marque d'une affliction extraordinaire. Mais au premier mot qu'on lui dit de la prise de l'arche, ses forces le quittent, la douleur le saisit, il tombe et il se tue par cette chute.

Cet exemple d'un prêtre de l'ancienne loi doit avertir les pasteurs de la loi nouvelle du respect profond qu'ils doivent avoir pour les choses saintes, et de la douleur mortelle, si l'on peut user de ce terme, qu'ils doivent ressentir lorsqu'ils les voient entre des mains profanes. Cet empressement de leur foi, et ce zèle qui n'a que Dieu pour objet, leur pourrait faire espérer que Dieu leur pardonnerait les autres fautes qu'ils pourraient avoir commises aussi bien que ce grand prêtre, parla fragilité de la nature.

Ce ne sont pas seulement les prêtres qui doivent ressentir ce zèle et cette tendresse pour les choses de Dieu. Les anges saintes, et l'imitation de la belle-fille d'Héli, qui approche de près Jésus-Christ figuré par ce grand prêtre, qui ont quelque part à son sacerdoce royal par la grâce de la nouvelle alliance, et qui ne tâchent en toute leur vie qu'à donner des enfants à Jésus-Christ par leurs prières, doivent sentir des douleurs pareilles à celles de l'enfantement, selon l'expression ordinaire de l'Écriture, lorsqu'ils voient la profanation de leur comparaison plus sainte que n'était cette arche. Car c'est une grande partie de la piété, comme dit saint Grégoire de Naziance, de rongir et de pleurer de ces désordres, et quoiqu'il ne soit pas en notre pouvoir de les empêcher, et de témoigner à Jésus-Christ que ses intérêts sont les nôtres en nous rendant sensibles à l'affliction de son épouse. (Sacy.)

VERS. 18. — CUMQUE ILLE NOMINASSE ARCAM DEI, CECIDIT DE SELLA RETROSUM JUXTA OSTIUM TEMPLI, ait Tertullien, de Jejunio c. 10, et S. Chrys. l. 5 contra Vituper. vite monast. *tel arcais Sio*, in portis enim sedebant iudices, qualis arca Heli, presentium quia ipse avidè expectabat ab adventantibus ad portam urbis, cognoscere eventum praelii, et fractis cervicibus mortuus est. Hinc notat Abul. Cajet. et alii virum pium fuisse Heli, utpote quem non filiorum, nec populi, ita tangeret cura ut arca et sacrorum religio. Cecidit ergo retrorsum, eò quòd plane consternatus, ac pre angore, pavore et stupore, spiritu deficiente jam se in alta sede continere non posset. Retrorsum au-

RIT (4); INRUCERANT ENIM IN EAM DOLORES SUBITI. Erat pax Phinees vicina partui; dolor tamen ex tantâ inlorum concursatione conceptus.

tem, quia cathedra hæc erat vacua, et carens fulcris quibus nostræ sedes dorsum sedentis suffulcunt. Ita Abul. Monet ergo nos Heli, ait Dion, quàm nos de terræ sanctæ ac tot Ecclesiæ arum et animarum captione ab hostibus dolore debeamus. Audi B. Petrum Damiani lib. 1. Epist. 6 ad Nicolaum pontificem prelatos percellentem : « Si Heli propter duos duntaxat filios, quos non eâ quâ digni erant invectione corripuit, cum eis simul et cum tot hominum multitudine perit, quâ arbitratur dignos esse sententiâ, qui in aliâ ecclesiasticâ et in solis iudicantium presidant, et super non ignotis pravorum hominum criminibus tacent? Qui dum dehonestare homines in publico metunt, ad contumeliam superni iudicis divinæ legis mandata confundunt, et idem perditis hominibus amittendi honoris officium servant, ipsum ecclesiasticæ dignitatis autorem crudeliter inhorant. » (Gern. à Lap.)

CUMQUE DE SELLA RETROSUM JUXTA OSTIUM VEL SELLA HÆC DORSO CAREBAT, VEL UNA CUM SELLA SUPINUS CECIDIT : triste animi de captâ arcâ nuntium, ægritudine animi defecti; cùmque nemo adesset qui deficiente succurreret, cecidit supinus; additque opportunè Scriptura : *Senex enim erat vir et grandævus*. Hebræus : *Senex unâ et gravis*; quæ non minima ejus lapsus causa fuit. Diem eversalem in memoriam captivitatis arca et mortis Heli constituerunt, sed non ab ita veteri ætate, Judæi.

JENICAVIT ISRAEL QUADRAGINTA ANNIS, Septuaginta, et vetera quædam manuscrip. et Patres nonnulli, qui ita legerunt in Septuaginta, habent viginti annos. Ut hos cum Hebræo conciliarent, reputarunt nonnulli, summo sacerdoti socium accessisse Samsoneum in munere judicis Israelis spatio viginti priorum annorum; vel fortè sacerdotem illum filios suos in partem dignitatis adscivisse viginti annis vite suæ supremis. Sed quæ necessitas laborandi ut ea difficultas tollatur, quæ non nisi mendò doctet in textum Septuaginta inducatur? Veteres interpretes legerunt quadraginta, ut in Hebræo. (Galmet.)

Héli tombant de son siège se cassa la tête, et mourut. Le genre de la mort d'Héli peut marquer la cause qui l'avancée. Il tombe de son siège, et il se heurte la tête en tombant. Cela nous fait voir, selon les saints, que ce qui lui a manqué principalement, c'est cette solidité de sagesse qui résidait particulièrement dans la tête, par laquelle il aurait appris à rendre à Dieu et à son ministère ce qu'il lui devait, sans se laisser séduire par la tendresse qu'il avait pour ses enfants. C'est ce que l'on doit appréhender dans les charges de l'Église, où les hommes deviennent les chefs du peuple de Dieu. Une vertu commune ne suffit pas pour se soutenir dans un état si dangereux; et c'est, dit le saint Grégoire, se perd dans ces hautes dignités, qui se serait sauvé s'il fût demeuré dans une condition particulière. (Sacy.)

(1) Interpretes quidam : *Genuit, et peperit*. Septuaginta : *Pluravit, et peperit*. Sed Vulgata interpretatio æteris præstat. (Galmet.)

dolores alios adveavit, qui abesse non solent à puerperis. Fieri etenim solet, ut gravis aliquis et repentinus motus, qualem non facile natura fert, quæcumque ille fuerit, difficilem illum articulum acceleret, ut multi docent, dum expulcat illud Psal. 28 : *Vox Domini præparans cervos*. Cum ergo duo simul dolores, iidemque gravissimi, licet aliâ aliâ ex causâ profecti, prægnantem invaderent, incurvavit se parturientis more et enixa est; ita tamen, ut cum vitam dedisse videri potuit et lucem facti, ipsa perdidit. Josephus septimestrem dicit fuisse partum, vitalem tamen, lib. 5 Ant. cap. 12. Unde sumpsit, non video, nisi fortassè ex antiquâ Hebræorum traditione. Sed illud de septimestri partu, quominus verum esse putem, facit, quòd nurus illa Heli vicina dicebatur esse partui, seu cjulati, qualis edi solet in ipso pariendi niv; at quæ septem menses uterum gessit, diei non potest vicina partui, qui nono committitur mense contingit. Et *intra vocavit ille partus*, maxime qui non à naturâ, sed ab aliquâ vi inimicâ, ac violentâ provenit, immaturus est, neque vitalis esse solet.

VERS. 21. — ET VOCAVIT PUERUM ICHABOD, DICENS : TRANSLATA EST GLORIA DE ISRAEL. Ex evento sæpè imponduntur nomina, ut illa renovent aut regi feliciter gesta, aut accepti beneficii, aut durioris alicujus infortunii memoriam. Docent hoc omnes penè filii Jacob, qui ab aliquo sive successu, sive spe nomen acceperunt à parentibus. Huic verò quàm simillimum fuit illud Rachei, Genes. 33, quæ cum jam puerperii dolore deliceret, filium, qui extremam illi diem attulit, Benoni appellavit, id est, doloris filium. Sonat autem *Ichabod*, ut exponit Josephus, *id est, id est, non gloria, aut ubi gloria*; seu, *vae gloria*. Quid verò voce illâ eo loco significare voluerit infelix illa mater, satis ostendit, quando addidit statim : *Translata est gloria de Israel*.

Translata dicitur gloria de Israel, sed est obscurum, quam appellet gloriam, quæ aliò ab Israele migravit. Gloria enim vocari poterat illa quam Israel rebus sæpè feliciter gestis acquisivit, quæ tunc videtur ad Philistæos esse translata, quando ab illis ingente illa clade superata est. Aut certè cum sacerdotes perierent, quorum ad illum pertinebat non minima pars. Sed est sine dubio arca testamenti, quæ hic dicitur gloria; tom quia illam plurimè semper fecerunt Hebræi traduxeruntque diu, ac tandem in stabili loco cum gloriâ collocarunt;

tum quia illâ præsentè, sicut postea stante Salomonis templo, nihil sibi metuebant adversi. Quare cum in Philistæorum potestatem venit, venisse etiam ad illos existimari poterat gloria illa militaris, quæ diu in Israeli quoque nomine considerat. Translata itaque est gloria de Israel, quia apud illos constitit arca, et quia, eâ sublata, victoriarum spes solita excidit Israeli.

Erat hoc gentibus olim persuasum, incolorem civitatem aliquam esse non posse, si deos, quos habebat tutelares, aut excessisse spontè, aut esse ablatos ab hoste contigisset. Notum est, quid de Palladio senerit antiqua gentilitas; et quomodò prudentes quique actum putarent esse de Trojâ, cum illud ad hostium potestatem venit; et quomodò ex adytis, atque adeo ex urbe dicantur excessisse dii quorum auxilio civitas illa stetit diu et floruisse credebatur. Quare, ut tradit Macrobius lib. 3 Saturnalia, cap. 9, cum propè esset ut caperetur civitas, certo carmine ab hostibus evocabantur dii tutelares, quia aliter expugnari urbem desperabant. Quod ne accideret, curabant obsecrari civis perquam studiosè. Quod in templo Solymitano accidisse, quando prius excisum fuit à Chaldeis, et iterum quando subversum à Romanis, non leve habemus, aut vulgare documentum. De priore tempore est illud Ezech. cap. 5, v. 12, qui paulò antequam urbem caperent et templum everterent Babyloni, sonum audivit, et indicia non dabat transmigrantis Dei. *Audivi*, inquit, *post me vocem commotivis magna : Benedicta gloria Domini de loco sancto suo*; quasi locum illum à sua præsentia præstiturque reliquerat. De Romanorum tempore hoc ipsum prodit Josephus l. 7 de Belo, c. 12 : *Pesto*, inquit, *die, quem Pontecostem vocant, nocte sacerdotes intemum templi more suo ad divinas res celebrandas ingressi, primùm quidem motum et strepitumque senserunt; postea verò subitam vocem audierunt, quæ dicebat : *Migremus et hinc*. Quod etiam ex profanis tradiderunt alii, ut Apollonius lib. 1 Excidii Hierosolymitani; Cornelius Tacitus l. 2 Annal. Hoc igitur suspicari potuit nurus Heli, cum sublata vidit arcam de tabernaculo, neque jam esse in Israeliarum potestate; cum arcâ enim bonam fortunam et libertatis spem ad hostes translata esse meditabatur.*

Illud hic pro moribus observandum, usque adeò fuisse graviter bonam istam feminam arcam fuisse captam ab hostibus, ut non illi tam puerperii dolor, quàm qui conceptus fuc-

rat ex arcæ desiderio, vitam ademerit. Sic enim illa cogitatio omnem sentiendi facultatem abstulerat; sic quemcumque alium sensum atque affectum expectarât alté, ut cum illi proponeretur, quod feminis maximè solet in votis esse, nempe mascula soboles, tam longè fuerit ut illi aliquid afferret levamenti, ut neque, quid alii de re tam lætâ dicerent, attenderit, sed tantum dixerit, *Ichabod*, id est, *ubi*

CAPUT V.

1. Philistiim autem tulerunt arcam Dei, et asportaverunt eam à Lapide Adjutorii in Azotum.

2. Tuleruntque Philistiim arcam Dei, et intulerunt eam in templum Dagon, et statuerunt eam juxta Dagon.

3. Cùmque surrexissent diluculo Azotii alterâ die, ecce Dagon jacebat pronus in terrâ ante arcam Domini : et tulerunt Dagon, et restituerunt eum in locum suum.

4. Rursùmque manè die alterâ consurgentes, invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terrâ coram arcâ Domini : caput autem Dagon, et duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen.

5. Porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, et omnes qui ingrediuntur templum ejus, super limen Dagon in Azoto, usque in hodiernum diem.

6. Aggravata est autem manus Domini super Azotios, et demolitus est eos : et percussit in secretiori parte natium Azotum et fines ejus. Et ebullierunt villæ et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magne in civitate.

7. Videntes autem viri Azotii hujusmodi plagam, dixerunt : Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus ejus super nos et super Dagon deum nostrum.

8. Et mittentes congregaverunt omnes

gloria? ubi arca Dei? quomodò à nobis ad inimicos abiit? Ille nobis sanè cogitandum, si quando per peccatum Dei gloria à nobis fuerit aliò translata. Sic enim jactura tanta animum afficiat et exercet oportet, ut neque alia debeat subire cogitatio, neque sonet vox alia in penitentium ore, nisi sæpiùs iteratum *Ichabod*, quod formet etiam extremus spiritus, donec tandem exhaletur et deficiat.

CHAPITRE V.

1. Les Philistins, ayant donc pris l'Arche de Dieu, l'emmenèrent de la Pierre-du-Secours à Azot.

2. Ils mirent l'Arche de Dieu, qu'ils avaient prise, dans le temple de Dagon, et la placèrent auprès de Dagon.

3. Le lendemain, ceux d'Azot s'étant levés dès le point du jour, trouvèrent Dagon tombé le visage contre terre devant l'Arche du Seigneur; ils le relevèrent, et le remirent à sa place.

4. Le jour suivant, s'étant encore levés dès le matin, ils trouvèrent Dagon tombé par terre sur le visage devant l'Arche du Seigneur; mais la tête et les deux mains, en ayant été coupées, étaient sur le seuil de la porte :

5. Et le tronc seul de Dagon était demeuré en sa place, c'est-à-dire par terre devant l'Arche du Seigneur. C'est pour cette raison que jusqu'aujourd'hui les prêtres de Dagon, et tous ceux qui entrent dans son temple à Azot, ne marchent point sur le seuil de la porte, le croyant sanctifié par l'attouchement des mains et de la tête de leur dieu.

6. Cependant la main du Seigneur s'appesantit sur ceux d'Azot, et les réduisit à une extrême désolation. Il frappa ceux de la ville et de la campagne de maladie dans les parties secrètes du corps. Il sortit tout d'un coup des champs et des villages une multitude de rats; et l'on vit dans toute la ville une confusion de mourants et de morts.

7. Ceux d'Azot voyant cette plaie, s'entre-dirent : Que l'Arche du Dieu d'Israël ne demeure point parmi nous, parce que sa main nous frappe, nous et notre dieu Dagon, d'une manière insupportable.

8. Et ayant envoyé quérir tous les princes

satrapas Philistinorum ad se, et dixerunt : Quid faciemus de arcâ Dei Israel? Responderuntque Gethæi : Circumducatur arca Dei Israel. Et circumduxerunt arcam Dei Israel.

9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis : et percutiebat viros uniuscujusque urbis, à parvo usque ad majorem, et computrescebant prominentes extales eorum. Inieruntque Gethæi consilium, et fecerunt sibi sedes pelliceas.

10. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cùmque venisset arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ dicentes : Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos et populum nostrum.

11. Miserunt itaque et congregaverunt omnes satrapas Philistinorum, qui dixerunt : Dimittite arcam Dei Israel, et revertatur in locum suum, et non interficiat nos cum populo nostro.

12. Fiebat enim pavor mortis in singulis urbibus, et gravissima valde manus Dei. Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium : et ascendebat ululatus uniuscujusque civitatis in cœlum.

VERS. (1) 2.—ET INTULERUNT EAM IN TEMPLUM DAGON. Religiosè videntur Philisthæi tractavisse arcam, cujus antea conspectum horruerunt;

(1) VERS. 1.—PHILISTHIM TULERUNT ARCAM DEI. Mirari subit, cur Deus, qui tanto studio gloriam suam tuetur, quique olim graviter adeò multaverat Ozam, ausum tangere arcam, quæ lapsum minitabatur, et Bethsamitas, qui undam illam aspicerè presumpserant; quique etiam capitalem lege veterat, nè Levitæ contingerent vasa sacra, antequàm velaminibus suis tegerentur; cur, inquam, Deus passus sit, ut sacrum illud depositum in Philistæorum manus deveniret, ab illis tangeretur, et tanquam interdictum tangendi arcam ad Philisthæos non pertinere; nihil est igitur mirum, si Deus nullâ poenâ affect violatores legis, quam sive ignorabant, sive cui non subdebantur. 2° Profanationem, quam Deus punivit in Israelitis tangentibus sive audaci oculò arcam Dei sui aspi-

des Philistins, ils leur dirent : Que ferons-nous de l'Arche du Dieu d'Israël? Ceux de Geth répondirent : Qu'on la mène de ville en ville, pour voir si c'est elle qui cause ces maux. Ils commencèrent donc à mener l'Arche du Dieu d'Israël d'un lieu dans un autre.

9. Et tandis qu'ils la menaient de cette sorte, le Seigneur étendait sa main sur chaque ville, et y tuait un grand nombre d'hommes. Il en frappait de maladie tous les habitants, depuis le plus petit jusqu'au plus grand; et les intestins, sortant hors du conduit naturel, se pourrissaient. C'est pourquoi ceux de Geth ayant délibéré ensemble, se firent des sièges de peaux, pour s'asseoir plus commodément.

10. Ils envoyèrent ensuite l'Arche de Dieu à Accaron; et lorsqu'elle y fut venue, ceux de la ville commencèrent à crier : Ils nous ont amené l'Arche du Dieu d'Israël, afin qu'elle nous tue, nous et tout notre peuple.

11. Ils envoyèrent donc à tous les princes des Philistins, qui, s'étant assemblés, leur dirent : Renvoyez l'Arche du Dieu d'Israël, et qu'elle retourne au lieu où elle était, afin qu'elle ne nous tue plus, nous et notre peuple;

12. Car chaque ville où elle allait était remplie de frayer et de mort, et la main de Dieu s'y faisait sentir effroyablement. Ceux qui n'en mouraient pas étaient frappés de maladie dans les parties secrètes du corps, et les cris de chaque ville montaient jusqu'au ciel.

COMMENTARIUM.

quando neque dissolvunt, aut conculant, aut aliâ quâvis afficiunt ignominia, sed in loco statuunt, quem habuerunt maximè religiosum,

cientibus, nullam esse penes eos qui nec in eandem cum Israelitis fidem conveniebant, neque item de Numine Israelitarum sentiebant. Deum hunc respiciebant Philisthæi perinde ac ceterarum gentium numina, rati nullam habere auctoritatem nisi in populum suum, quem tùm tueretur ac defenderet, eum à validiori numine non prohiberetur, sive ab illis non provocaretur, qui cultum suum profitebantur. Adâi posset, victoriam à Deo Philisthæis concessam argumentum esse roboris ejus numinis potius quam imbecillitatis; atque si arcâ suâ privati Hebræos in poenam criminis passus est, demonstravit tamen Philisthæis, habere se æquè in manu et victores et victos, Hebræos et Philisthæos, ac Philisthæorum quæ vocabant numina : quare ea captivitas gloriam ejusdem numinis æquè apud utrumque populum auxit.